

2667

CODICES

2668

*opera terribilia fienda propter iniquos &c. Glossae Bobemicae hinc inde insperfae horum Sermonum patriam produunt.*

passim insperfas fol. 39. p. 2. Sermo integer de Purificatione B. V. M. hac lingua comparet. Rarior fortasse Sermo latinus est, fol. 124. inscriptus *Marie niuis.*

DCCI.

DCCIII.

534 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 176. 4. caractere crasso perscriptus *Sermones sacros continet in Epistolas et Evangelia a Paschate usque ad Pentecosten in Ecclesia legi solita, Evangeliiis integris non raro praemissis. Sermo Primus ita exorditur: Hodie in hac magna et gloriosa sollemnitate celebramus et recolimus, et deus omnipotens quod ponderose et deuote recolamus illam gloriosam domini saluatoris nostri resurrectionem &c. Glossae Bobemicae frequenter insperfae et totus Codicis habitus verifimile faciunt, eum quoque olim Wenceslai Rossii Bibliothecam auxisse.*

536 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 197. 4. luculente exaratus continet: I. *Sermones sacros ab initio Quadragesimae usque ad feriam III. post Pascha. Initium Sermonis I. in capite Jejunij est: Sancta mater ecclesia iam isto tempore quasi ex sompno populum excitat ad penitentiam &c. In his Sermonibus Orator non continuo, ut mos, ad exponendum Diei Evangelium adgreditur, sed quaedam in Epistolam praefixam commentatur. Non desunt Glossae Bobemicae.*

II. fol. 156. absque Titulo Institutiones de Fide et Symbolo Apost. de Praeceptis Decalogi, Oratione Dom. Peccatis novem alienis, octo Beatitudinibus, Peccatis mortalibus, de Creare, de Credere, de Remissione Peccatorum, Obedientia, Excommunicatione et Simonia. Initium: *Cum quilibet christianus usum rationis retinens tenetur deum super omnia diligere &c. Priores tres Articuli, neque hi quidem integri, exhibentur in Opp. Job. Huffi edit. 1715. P. I. p. 38. tanquam in Carcere Constant. ab eo conscripti. Igitur dicendi erunt Editores mancum Exemplar naeti fuisse, Lectorique suborietur dubium, an, quod ajunt de Carcere*

DCCII.

535 Codex chartaceus lat. boh. Sec. XV. Folior. nunc 182. 4. medio concerptus et fine mutilus, ejusdem cum praecedente habitus, et, ut puto, Possessoris, continet *Sermones sacros in complures Dies festos, initio ducto a Festo Thomae Apost. hoc tenore; Thomas unus de duodecim qui dicitur didimus. Job. XX°. Pueri dilecti hodie sancta mater ecclesia celebrat festum &c. Itaque catechetica est Dicitio. Adfunt Sermones de SS. Vito, Procopio et Ludmilla, et praeter Glossas Bobemicas*

Con-